Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



ezechiel

90

tu fac iniquitatem israhel Et factum est uerbum dni ad me dicens
fili hominis fratres tui uiri propinqui tui et omis domus israhel uniuersa
quibus dixerunt habitatores hierusalem longe recedite a dno. nobis data est terra in possessionem. propterea hec dicit dns deus Quia longe fecit eos in gentibus et quia dispersit eos in terris eis et sanctificauit eos modicum in terris ad quas uenerunt propterea loquere hec dicit dns deus Congregabo uos de populis et adunabo uos de terris in quibus dispersi estis dabo quoque uobis numum israhel. et ingredient illuc et auferent omis offensiones eius et abominationes eius de illa et dabo eis cor nouum et spm nouum in medio eorum et auferam cor lapideum de carne eorum et dabo eis cor carneum ut in preceptis meis ambulent et iudicia mea custodiant faciant quoque ea et sint mihi in populum et ego sim eis in deum Quorum cor post offendicula sua et abominationes suas abiuit uiam in capite suo ponam dicit dns deus. Et eleuauerunt cherubim alas suas. et rote ad eis et gloria dei israhel erat super ea Et ascendit gloria dni de medio ciuitatis stetitque super montem qui est ad orientem urbis Et spm leuauit me adduxitque in chaldeam ad ad transmigrationem in uisione in spm dei et ablata est a me uisio quam uideram. Et locutus sum ad transmigrationem omia uerba dni quae ostenderat mihi

Factum est sermo dni ad me dicens. XII

Fili hominis in medio domus exasperantis tu habitas. qui oculos habent ad uidendum et non uidet et aures ad audiendum et non audiunt quoniam domus exasperans est Tu ergo fili hominis fac tibi uasa transmigrationis et transmigrabis per diem coram eis Transmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum in conspectu eorum si forte aspiciant quoniam domus exasperans est Et efferes foras uasa tua quasi uasa transmigrationis per diem in conspectu eorum Tu autem egredietis uespere coram eis sicut egreditur migrans in oculos eorum perfode tibi parietem et egredieris per eum in conspectu eorum. In lumineris portaberis. in caligine efferis faciem tuam uelabis et non uidebis terram quoniam portentum dedi te domui israhel. Feci ergo sicut preceptum mihi Uasa mea protuli quasi uasa transmigrationis per diem et uespere perfodi parietem in manu